

## Psalms

erat vota laudis que redderet deo. In illo plane erat arca sancti pectoris: sur diabolus non inuaserat: plen' erat vñ sacrificaret. Audiri q̄ habebat: audi que p̄tulit: Dñs dedit dñs abstulit: sicut dñs placuit ita factū ē: sit nomen dñi b̄f̄dictū. Q̄ d̄mitie interiores: quo sur nō accedit: Īp̄e dederat deus vñ accipiebat: īp̄e ditauerat: vñ illi offerebat qđ amabat. Laudē a te q̄rit de⁹: cōfessiōne tuā q̄rit de⁹. S̄z d̄ agro tuo aliqd daturus es. Īp̄e pluit vñ haberet. Be area datur' es aliqd. Īp̄e instituit quod datur' es. Quid daturus es qđ ab illo nō accepisti? Quid enī habes qđ nō accepisti? Be corde dabis. Īp̄e dedit fidē: spē: caritatē: b̄ p̄latur⁹: hoc sacrificatur⁹ es. Sed plane oia illa cetera pōt tibi auferre inimicus inuitō: hoc auferre nō pōt nisi violēti. Illa pdet et inuit⁹. Et volēs habē aurū perdet aurū: et volens habere domū pdet domū: fidē nemo pdet nisi qui spreuerit. In me sunt de⁹ vota tua: que reddā laudes tibi: qr̄ crux aiam meā de morte: oculos meos a lachrymis: Et pedes meos de lapsu. Ut placeā corā deo in lumine viuentū. N̄h̄ento non placet filijs alienis longe facias a sanctis: quia nō habent lumen viuentū unde videant qđ deo placet. Lumen viuentū est lumen imortaliū: lumen sanctoru. Qui nō est in tenebris: placet in lumine viuentū. Attendit homo et ea que ip̄i⁹ sūt: nemo scit qualis est: deus videt qualis est. Aliqñ et ip̄m diabolū latet: nisi temptet nō inuenit: sicut de isto viro quē modo cōmemorau. Nouerat eū deus: et ei testimoniu phibebat. Diabolus eū nō nouerat: et ideo dixerat: H̄ si quid nō Job gratis colit deū: Tidete quo prouocat inimicus ibi pfectio est: videte quid obijcit inimicus. Tidebat hominē deo seruientē: in omnib⁹ obsequētem: omnia bene operantē: et qr̄ diues erat et felicissima dom⁹: hoc obijcit: qr̄ ideo colit deum: qñ dedit illi hec omnia. H̄ si quid nō Job gratis colit deum: H̄oc enim erat verū: hoc lumen viuentū vt gratis coleret deum. Deus videbat in corde serui sui cultum suū gratuitū. Placebat em̄ illud cor i conspectu domini in lumine viuentū: diabolū latebat: quia in tenebris erat. Admissit deus temptatorē: nō vt ip̄e noscet qđ nouerat: s̄ vt nobis noscendū et imitandū preberet. Nunquid enim si temptator non admitteret videremus nosip̄is in Job qđ deberemus et vellemus imitari. Admissus

## LVI.

est temptator: abstulit omnia: remansit ille solus a facultatib⁹: solus a familia: solus a filijs: plen⁹ deo: vxor sane relicta erat. N̄hi sericordem putatis diabolū qui ei reliquit vxorem: Nouerat q̄ quez deccperat Adā: suam reliquit adiutricem: non mariti consolatricem. Ille ergo plenus deo i quo vota erant que redderet laudis: vt ostēderet quia gratis deum colebat: nō ideo qr̄ tan̄ta acceperat: et amissis omnib⁹ talis est: q̄a illum qui dederat omnia non amisit. Bon⁹ dedit inquit: domin⁹ abstulit: sicut domino placuit ita factū est: sit nomē domini benedictū. Ulunere etiam p̄cussus a capite v̄sc⁹ ad pedes: integer tñ intus respōdit temptatrix: de lumine viuentū: de lumine cordis sui: Locuta es tanq̄ vna ex insipientib⁹ mulieribus: id est tanq̄ ea que nō habet lumen viuentū. Lumen enim viuentū sapientia: et tenebre insipientū stulticia est. Locuta es tanq̄ vna ex insipientibus mulieribus: carnē meaz vides: lumen cordis mei nō vides. Poterat em̄ illa tunc virū amplius amare si pulchritudinem interiorē nossit et inspicere: vbi ille pulcher erat corā oculis dei: qr̄ in illo erat vota que redderet laudis deo. Quomō illud patrimoniu nō inuaserat inimicus: N̄ integrū erat quod possidebat: et propter quod amplius possidēt sperabat iturus a virtutibus in virtutem. Ergo fratres ad h̄ valēt nobis hec oia: vt deum gratis diligam⁹. In illo semp speremus: nec hominē nec diabolū timeamus. Nec ille: nec ille facit aliqd: nisi quātū p̄mittitur. Permuti ad nihil potest: nisi qđ nobis prodest. Toleremus malos: sumus boni: quia et nos sum⁹ mali. Pro nihilo saluos facies deus omnes de quibus despare nō debemus. Ergo de nemine desperemus: p̄ omnib⁹ quos patimur orem⁹: a deo nunq̄ recedam⁹. Patrimoniu n̄m ip̄e sit: sal⁹ n̄ra ip̄e sit: spes n̄ra ip̄e sit. Ip̄se hic p̄solator: ibi munerator: vbiq̄ viuifactor et vite dator: nō alter⁹ vite: sed illi⁹ de q̄dictū ē: Ego sum via et veritas et vita: vt et hic in lumine fidei: et ibi in lumine speciei tanq̄ ilumine viuentū in aspectu dñi placeam⁹.

**E**xplícit Tractatus de ps. LV.

**I**nceptit Tractatus de ps. LVI.

**H**abuimus in euāgelio modo fratres: quātū nos diligat dñs et salvator noster Jesus christus: deus apud patrem: h̄o apud nos ex nobisip̄is: iaz circa p̄n̄s dexterā: Audistū quātū nos dili-

## Psalmus

gat. Nam sue caritatis mensurā et ipē dixit  
et nobis indixit: mandatū suū dicens esse:  
ut nos inuicē diligamus. Et ne quererem⁹  
dubitātes et etiuentes: quātū nos debeam⁹  
inuicē diligere: quātac⁹ illa sit que deo pla-  
ceat caritatis pfecta mensura: ea em̄ perse-  
cta est q̄ maior eē nō potest: ipē exp̄ssit: ipē  
docuit: et ait: Adiutorē hac caritatem nemo  
habet: q̄ ut animā suā ponat q̄s p amicis  
suis. Fecit ipē quod docuit: fecerunt apo-  
stoli quod ab illo didicerūt: et nobis facien-  
dum p̄dicauerunt. Faciamus et nos: quia  
et si nō sumus qđ ille bñ id qđ creauit nos:  
quod ille tamen sumus bñ id quod factus  
est ppter nos: et si solus fecisset: forte nemo  
nostrū deberet audere imitari. Ita enī ille  
homo erat ut et deus esset. Sed in eo q̄ hō  
erat: imitati sunt servi dominū: et discipuli  
magistrū: et fecerunt qui nos precesserūt in  
familia eius: patres quidē nostri: sed inde  
cōserui nostri. Necq̄ imparet hoc deus ut  
faceremus: si impossibile esse iudicaret ut  
hoc ab homine fieret. Si cōsiderās infirmi-  
tatem tuam defici sub pcepto: confortare  
in exemplo. Sed etiā exemplū ad te multū  
est: adeſt ille qui p̄buit exemplū: ut p̄beat et  
auxiliū. Audiam⁹ ḡ et i isto psalmo: Oppor-  
tune nāq̄ accidit et illo p̄curante: ut ei cō-  
sonaret euangelij: cōmendās nobis dilec-  
tionē christi: qui aīaz suā posuit p nobis:  
ut et nos animā nostrā p fratrib⁹ ponam⁹.  
Concordauit et consonuit huic psalmo: ut  
videam⁹ quō ipē dñs nř animā suā posuit  
p nobis. Psalm⁹ em̄ iste passionem ipius  
cantat: et qm̄ totus christ⁹ caput ē et corp⁹:  
qđ bñ vos nosse nō dubito: caput ē ipē sal-  
uator noster: passus sub pontio Pilato: q̄  
nūc postea q̄ resurrexit a mortuis: sedet ad  
dexterā patris. Corp⁹ aut̄ eius ē ecclia: nō  
aut̄ ista aut̄ illa: bñ toto orbe diffusa: Nec ea  
que nūc est i homib⁹ qui p̄sentē vitā agūt:  
sed ad eā p̄tinētib⁹ etiā his qui fuerūt ante  
nos: et his qui futuri sunt post nos usq; in  
finem seculi. Tota enim ecclesia constans  
ex omnibus fidelibus: quia fideles omnes  
membra sunt christi: habet illud caput po-  
situm in celestibus quod gubernat corpus  
suum: et si separatum est visione: sed annexit  
caritate. Quia ergo totus christ⁹ caput est  
et corpus eius: ppterera in omnib⁹ psalmis  
sic audiamus voces capitū: ut audiam⁹ et  
voces corporis. Noluit. n. loqui separatim:  
qz noluit esse separatus dicens: Ecce ego vo-  
biscum sum usq; ad cōsummationē seculi,

## LVI.

Si nobiscum est: loquit in nobis: loquit de  
nobis: loquit per nos: qz et nos loquimur i  
illo: et ideo verū loquimur qui in illo loqui-  
mur. Nā qm̄ in nobis et ex nobis loqui vo-  
luerimus: in mēdacio remanebūt. Quia  
ḡ passionez dñi cantat iste psalmus: vide  
quē titulū habeat. In fine. Finis ē chri-  
stus. Quare dict⁹ ē finis. Nō qui cōsumat  
sed qui cōsummet. Cōsumere em̄ p̄dere ē:  
cōsummare p̄ficere. Finitū em̄ quicqđ di-  
cimus: a fine dicim⁹. Alter dicim⁹: finitus  
est panis: aliter dicimus: finita est tunica q̄  
texebat. Finitus ē panis q̄ māducabat: fi-  
nita ē tunica que texebat. Panis ergo fini-  
tus ē ut cōsumeret: tunica finita ē ut p̄fice-  
retur. Finis ḡ p̄positi nři christ⁹ est: qz quā-  
tūlibet conemur: in illo p̄ficimur: et ab illo  
p̄ficimur: et hec est pfectio nřa ad illū pue-  
nire: Sz cū ad illum puenoris vltra nō que-  
ris: finis tuus est. Quomō em̄ finis vte  
locus est quo tendis: quo cum puenoris:  
iam manebis. Sic finis studij tui: p̄positi  
tui: conat⁹ tui: intentiōis vte: ille est ad quē  
ptendis: ad quē cum puenoris vltra nō de-  
siderabis: quia melius nihil habebis. Ipē  
ergo et exemplū nobis vñēdi p̄posuit i hac  
vita: et premiū viuendi dabit in futura vi-  
ta. In finem ne corrumpas ipsi  
David in tituli inscriptionē: cū nū  
geret a facie Saul in spelucam. Re-  
ferentes nos qdeꝝ ad sanctā scripturā: in-  
uenimus sanctū David illū regē israel: ex  
q̄ etiā nomē accepit psalterium Davidicū:  
psecutore passum esse Saulē regē ipī p̄pli:  
sicut multi vestrū nouerunt qui scripturas  
vel attigerunt: vel audierūt. Habuit ergo  
psecutorez Saulē rex David: et cū esset il-  
le mitissim⁹: ille ferocissim⁹: ille lenis: ille in-  
uidus: ille patiēs: ille crudelis: ille bñfic⁹:  
ille ingrāt⁹: ptulit eum tanta lenitate: ut cū  
eum accepisset in manus: non illuz attig-  
set: non illum lesisset. Accepit enim a domi-  
no deo potestate: ut si vellet occideret Sau-  
lem ipē David: et elegit parcere q̄ occidē.  
Ille autem nec tali beneficio victus est ut  
desineret persequi. Inuenimus ergo illo  
tempore quādo Saul David psequbebat  
regem futurum et predestinatum: rex iam  
reprobatus: q̄ fugeret a facie Saul in spe-  
luncā ipē David. Quid ḡ hoc ad christū:  
Si omnia que tunc agebātur figure erant  
futuroz: inuenimus ibi christum et multo  
maxime. Nā illud: ne corrumpas in titu-  
li inscriptionem: nō video quō p̄tincat ad

# Psalmus

illū Bavid. Nō em̄ aliq̄s titul⁹ inscriptus erat ip̄i Bavid quē corrūperet Saul. Vl̄dem⁹ aut̄ in passione dñi scriptū fuisse titu lū: rex iudeor̄; vt ille titul⁹ exprobraret frōtē ip̄oꝝ qđ a rege suo man⁹ nō abstinuerūt. In illis. n. Saul erat: i christo Bavid erat. Christ⁹ em̄ sic apostolicū euāgeliū ē qđ nouum⁹: qđ s̄fitemur: ex semie Bavid fm̄ car nē: nā fm̄ diuinitatē sup̄ Bavid: supra oēs homies: supra celū et terrā: supra angelos: supra visibilia et inuisibilia: qz ola p̄ ip̄m facta sunt: et sine ip̄o factū ē nihil. Signal⁹ tñ hō fieri ex semie Bavid ad nos venit: qz de tribu Bavid nat⁹ ē: inde v̄go Maria que pepit christū. Inscript⁹ itaq̄ titul⁹ ille ē: rex iudeor̄. Saul vt dixim⁹: ppls iudeor̄ erat: Bavid christ⁹ erat: titulus ibi: rex iudeor̄. Indignati sunt iudei: qz inscript⁹ erat titu lū: rex iudeor̄: puduit illos habere regem quē crucifigere potuerūt: non em̄ viderūt: qz ip̄a crux in q̄ eū crucifixerūt futura erat i frontib⁹ regū. Lū ḡ indignarent̄ ex illo ti tulo: adierūt Pilatū iudicē: cui obtulerūt occidendū christū: et dixerunt ad eū: Noli scribere sic: rex iudeor̄: s̄ scribe: qz ip̄e dixit se regē esse iudeor̄. Et qz iam cātatū erat p̄ spiritū sanctū: In fine: ne corrūpas i tituli inscriptionē. R̄ndit eis Pilat⁹: qđ scripsi scripsi. Quid mibi suggestū falsitatē: Ego non corrūpo veritatē. Audiuim⁹ ḡ qđ sibi velit: ne corrūpas i tituli inscriptioꝝ. Quid ḡ est cū fugeret a facie Saul in spelūcam: Qđ quidē et Bavid ille fecit. Sed qz i illo nō inueniūt tituli inscriptionē: in b̄ inueni am⁹ fugā in speluncā. Figurabat em̄ aliqd illa spelūca qua se texit Bavid. Quare at se texit: Ut occultaret et n̄ inueniret. Quid est cōtegi spelūca: Lōtegi terra. Qui enim fugit in spelūcam: terra cōtegi ne videat. Portabat aut̄ terrā Jesus carnē quā acce perat de terra: et in ea se occultabat: ne a iudeis inueniret de⁹. Si em̄ cognouissent: nū qđ dñm glorie crucifixissent. Quare ḡ dñm glorie nō inuenierūt: Quia spelūca se texerat: id est carnis infirmitatē oculis obijciebat: maiestatē aut̄ diunitatis in corpore: ḡmine tanq̄ terre abdito cōtegebant. Illi ḡ nō cognoscētes dñi: crucifixerūt hominē. Nec mori potuit nisi in hominē: nec crucifi gi potuit nisi in hominē: qz nec teneri posset nisi in hominē. Opposuit male querentib⁹ terram: seruauit bene querentibus vitam. Fugit ergo fm̄ carnem in spelūcam a facie Saul. Qđ si et hoc velis accipe: ita domi-

## LVI.

nū fugisse in spelūcam a facie Saul: qz pas sus ev̄ spadeo se occultare iudeis: vt t̄ mo rerebat: quātūlibet em̄ seurent in eū iudei vt moreret: adhuc putabāt eū posse liberari: et ostēdere miraculū aliqd quod filius dei eēt. Hoc p̄dictū erat i libro sapiētie: Hor te turpisima cōdemnem⁹ illū. Erit em̄ respectus ex sermonib⁹ illī. Si em̄ vere filius dei est: suscipiet illū: et liberabit illū de ma nib⁹ cōtrarioꝝ. Quia ḡ crucifigebat: et n̄ li berabat: credidēt illū n̄ eē filium dei. Propterea insultatēs pendēti in ligno: et caput agitatēs: dicebāt illi: Si fili⁹ dei est: descen dat de cruce. Alios saluauit: seip̄m saluare nō pōt. Ista dicētes sicut est in ip̄o libro sa plentie: hec cogitauerūt et errauerūt. Exercrauit em̄ illos malicia eoz. Quid em̄ magnum erat de cruce descendere: cui facile fuit de sepulchro surgere. Sed q̄re: Quia v̄sc̄ ad mortē voluit esse patiēs: vt fuderet a facie Saul in spelūcam. Eteni spelūca inferior p̄ terre pōt accipi. Et certe qđ manife stū est: et certū omib⁹ homib⁹ corpus ei⁹ in monumēto positiū ē: qđ erat excisū i petra. Hoc ḡ monumētu spelūca erat: illuc fugit a facie Saul. Tādiu em̄ psecuti sunt illum iudei quo ad usq̄ ponerebat i sepulchro. Tādiu p̄bamus q̄ tādiu illū psecuti sunt quo usq̄ ibi ponerebat. Etiā mortuū in cruce pendē tem lancea vulnerauerūt. Ut vbi inuoluit⁹ est: curato funere positi⁹ ē in spelūca: iam nihil habuerūt qđ carnificaret. Resurrexit ḡ dñs ex illa spelūca illesus: incorrupt⁹ quo fuderat a facie Saul: occultas se imp̄is q̄s p̄figurabat Saul. Ostēdes se autē mēbris suis. Hā re urgētis mēbra a membris suis palpata sunt. Mēbra em̄ ei⁹ ap̄li tetigerūt resurgentē et crediderūt: et ecce nihil p̄fuit psecutio Saulis. Audiam⁹ ḡ iam psalmū: qz de titulo eius satis locuti sumus quātū dñs dare dignat⁹ est:

## Expositio psalmi.

**M**iserere mei deus miserere mei: qm̄ in te cōfidit anima mea. Christ⁹ i passione dic: miserere mei de mei de⁹. Beo de⁹ dic: miserere mei. Qui cū p̄e miseret tui: i te clamat miserere mei. Eteni qđ de illo clamat: miserere mei tuū ē. Ate b̄ accepit: ppter te liberādū: carne induit⁹ ē. Caro ip̄a clamat: Miserere mei de⁹ miserere mei: Hō ip̄e anima est et caro. Tuū em̄ hominē suscepit verbū: et tot⁹ homo factus est verbū. Ne putetur non ibi fuisse animā: quia euāgelistā ita dicit: Verbus

## Psalmus

caro factus est: et habitauit in nobis. Etens dicit: caro hoc: sicut alio loco dicit scriptura: Et videbit omnis caro salutare dei. Numquid caro sola videbit: et aia ibi non erit: Iterum dicit ipse dominus de hominibus: Sicut dedisti ei potestate ois carnis. Numquid in sola carne accepit potestate: et non maxime in aias quos permissus liberabat: Ergo ubi erat aia ibi erat caro: ibi totum hoc: totum vero: et verbum cum homine: et hoc et verbum unum homo: et verbum et homo unus deus. Dicat ergo: Misericordia mei deus: misericordia mei. Non expauescam voces petentis misericordiam et exhibetis. Ideo enim petit: quod exhibet. Adhuc enim hoc: quod misericordis: non ut conditionis necessitate nasceretur: sed ut nos de conditione necessitatis liberaret. Misericordia mei deus: misericordia mei: quoniam in te confidit aia mea. Audis magistrorum orantem: disce orare. Ad hoc enim oravit ut doceret orare: quod ad hoc passus est ut doceret pati: ad hoc resurrexit ut doceret spare resurrectionem.

Et in umbra alas tuas sperabo: donec transierat iniqtas. Hoc plane iactus Christus dicit: Hic est et vox nostra. Non enim iam transiuit iniqtas: adhuc seruet iniqtas. Et in fine dixit ipse dominus abundantiam futuram iniqutat: et quoniam abundauit iniqtas: refrigerabit caritas multorum: qui perseveraverit usque in fine hunc salutem erit. Quis autem perseverabit usque in finem quoadusque transierat iniqtas: Qui fuerit in Christi corpe: qui fuerit in membris Christi: et a capite didicerit patientiam perseverandi. Transilis tu: et ecce transierunt temptationes tue: et is in aliâ vita in qua ierunt sancti si sancti fueris: in aliâ in qua ierunt martyres: si martyris fueris: ibis et tu in aliâ vita. Numquid quia tu transiisti hinc: propterea iactus transiit iniqtas: Nascuntur alii iniqui: sicut moriuntur alii iniqui. Quod ergo alii iniqui moriuntur: et alii nascuntur: sic alii iusti eunt: et alii nascuntur. Usque in fine seculi: nec iniqutas deerit per mens: nec iusticia patiens. Et in umbra alas tuarum sperabo: donec transierat iniqtas: id est tu protegas me: ut ab esti iniqtatis non arescas: tu umbra culum prebebis mihi. Clamabo ad deum altissimum: Si altissimus est quod te audit clamantez: Hata est exprimeta fiducia. Bene inquit qui benefecit mihi. Si anteceps enim quererem beneficium mihi: clamante non exaudiet: Bene enim nobis fecit dominus deus noster nobis salvator est noster Iesus Christus: ut moreretur propter delicta nostra: et resurgent per propter iustificationem nostram. Pro qualibus mori voluit filium suum: Pro impiis. In-

## LVI.

pij autem non querebat deum: et quesiti sunt a deo. Sic est ergo ille altissimus: ut non sit ab illo loque miseria nostra: et gemit nos: quia propter est dominus his qui obtruerunt cor. Clamabo ad deum altissimum. Bene qui benefecit mihi.

Misit de celo et saluum fecit me: Iam hoc ipse: iam caro ipsa: iam filius dei sum nostrum participationem manifestum est: quod salvatus est: et misit de celo pater: et salvavit eum: misit de celo et resuscitauit eum. Sed ut noueritis: quod et ipse deus est: et ipse resuscitauit eum: utque possumus est in scriptura: quod et per illum resuscitauit: et quod ipse se resuscitauit. Audite: quod per illum resuscitauit. Applus dicit: Factum est inquit obedientis usque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod et deus eum exaltauit et donauit ei nomine quod est super omnem nomen. Audistis patrem resuscitante et exaltante filium: audite: quod et ipse carnem suam resuscitauit. In figura templi dicit ad iudeos: Soluite templum hoc: et in tri duo resuscitabo illud. Euangelista autem exposuit nobis quod diceret. Hoc autem inquit dicebat de templo corporis sui. Non ergo ex persona predictantis: ex persona hominis: ex persona carnis: dicit: Misit de celo: et saluum me fecit. Bedit in opprobriu[m] cœculantes me. Qui illum cœculauerunt: Qui mortuo insultauerunt: quod tanquam holzem circifixerunt: quod deum non intellexerunt: dedit eos in opprobrium. Videlicet si non est factum: non futurum credimus: sed completem agnoscimus. Seuierunt iudei in Christum: superbiuerunt in Christum. Tibi: In ciuitate hierusalem. Tibi enim regnabat: ibi tumebat: ibi cervices exixerat. Post passionem domini eradiciati inde sunt: et procederunt regnum: in quo regem Christum agnoscere noluerunt. Quemadmodum dati sunt in opprobrium videte. His persi sunt per omnes gentes: nusquam habentes stabilitatem: nusquam certam sedem. Propterea autem adhuc iudei sunt: ut libros nostros portent ad confusionem suam. Quod enim volumus ostendere prophetatum Christum: proferimus paginis istas litteras. Et ne forte dicatur duri ad fidem: quia nos illas Christiani composuimus: ut cum euangelio quod predicamus finxerimus prophetas: per quos predictum videretur quod predicamus: hinc eos concinimus: quia omnes propter littere quibus Christus prophetatus est apud iudeos sunt: omnes ipsas litteras habent iudei: proferimus codices ab inimicis: ut confundamus alios inimicos. In quali ergo opprobrio sunt iudei: Codicem portat iudeus unde credit Christianus. Li-

## Psalms

brarū nostri facti sunt: quomodo solent servi post dominos codices ferre: ut illi portando deficiant: illi legendo perficiant. In tale opprobriū dati sunt iudei: et impletū est qd paulo ante predictū est: *Bedit in opprobriū cōculantes me.* Quale autē opprobriū ē fratres: ut hunc versum legant: et tibi ceci attendant ad speculū suum: *Sic enim apparēt iudei de scriptura sancta quā portant: quō apparēt facies ceci de speculo: ab alijs videtur: ab ipso non videt.* *Bedit in opprobrium conculcantes me.* Querebas forte cuī diceret: *Misit de celo et saluū me fecit: quid misit de celo? Quē misit de celo?* Angelū misit: ut saluum faceret christū: et per seruū saluus sit domin⁹. Omnes enim angeli creatura seruiens christo est. Ad obsequiū mitti potuerūt angelī: ad seruitū mitti potuerūt: nō ad adiutoriū. Sicut scriptū ē: qd angeli misstrabāt ei: nō tanq̄ misericordes indigēti: sed tanq̄ subiecti oipotenti. Quid ergo misit de celo: et saluū fecit me? *Modo audiimus in alio versu: quid de celo miserit.* *Misit de celo misericordiā suā et veritatem suam.* Ad quā rem: *Et eruit animā meā de meo cattulorū leonum.* *Misit inquit de celo misericordiā suam et veritatē suā.* Et ipse christus ait: *Ego sum veritas.* *Missa ē ḡ veritas ut erueret aīaz meā: hinc de meo cattulorū leonū: missa ē misericordia.* Ip̄m christū inuenimus et misericordiā et veritatē. *Misericordiā nobis cōpatiētē: et veritatē nobis tribuentē.* Hoc est ergo qd paulo aī dixit: *Quia et ipse se resuscitauit.* Si enī veritas resuscitat christū: et si veritas animā christi eruit de medio cattulorū leonū: ut misericors fuit mori p̄ nobis: ita verax resurgere ad iustificādos nos. Dixit enī se resurrecturū: et veritas mentiri nō potuit. Et qd veritas et verax: ppterēa cicatrices veras ostendit: qd vera vulnera p̄tulit. Has cicatrices tenuerūt discipuli: palpauerūt: manifestauerūt sibi. Exclamauit qui misit digitos ī cōpunctum latus: et ait: *Domin⁹ meus et deus meus.* *Misericordia p̄ illo mortuus erat: et veritate ad illum resurrexerat.* *Misit de celo misericordiam suā et veritatē suam: et eruit animā meā de medio cattulorū leonum.* Qui sunt cattuli leonum? *Hopulus ille minutus: male deceptus: male seductus a p̄ncipibus iudeorum: ut illi leones: illi cattuli leonū: omnes tremuerunt: omnes occiderunt.* *Auditū*

## LVI.

enī sumus hic et cedem ipoz: modo in cōse quētibus versib⁹ psalmū hui⁹. Et eruit inq̄ animā meā de medio cattulorū leonum. Quare dicas: et eruit animā meā: *Quid. n. passurus eras ut erueret anima tua?* *Dormiū conturbatus.* Expressit christus mortē suam. Lerte de illo Baud legimus qd fugerit in speluncā: nō tamē quia dormiuit in spelunca. Alius Baud est in speluncā: alius Baud est qui dicit: *Dormiū cō turbatus.* *Videm⁹ pturbationē ipius: nō illo turbato: sed illis turbantib⁹.* Turbatū se enī dixit sūm opinionē frementū: nō sūm cedentis conscientiā. Putauerūt se illum turbasse: putauerūt viciisse. Ille autē dormiuit cōturbatus. Tam placatus erat iste turbat⁹: ut quādo vellet dormiret. Nemo dormiuit turbat⁹: oēs qd turbantib⁹: aut a somno excitant: aut ī somnū vergi nō p̄mitūt. Ille aut turbat⁹ ē et dormiuit. *Magna hui litas pturbati: magna potestas dormientis.* Be qd potestate veniebat qd dormiuit. Be qua ipē dīc: *Protestatē habeo ponēdi animā meā: et protestatē habeo sumēdi eā.* Nemo tollet eā a me: sed ego eam pono: et itez sumo eam. *Turbauerūt illi et dormiuit ipē.* *Lui typū gerebat Adā: qn̄ īmisit ei deus soporē: ut de latere illi cōiugē faceret.* *Mō enī nō poterat vxorē facere p̄mo homi etiā de latere vigilatē.* Aut ppterēa voluit eū dormire ne sentiret: cuī sibi costa detrahebat. Postremo qd ita dormit: ut osse sibi cō nullo nō expgiscat. Qui potuit sine dolore auferre costā dormiēti: potuit et vigilatī. Sed qd voluit dormienti face: *Quia dormiēti christo ī cruce: facta ē cōiunct de latere.* *Percussus ē enī lat⁹ pendētis de lācea: et pfluxerūt ecclie sacramēta.* *Dormiūt inq̄t cōturbat⁹.* Et ī alio psalmo manifestat̄ ubi ait: *Ego dormiū et somnū cepi: ibi ex p̄sūt potestate suā.* *Proterat et illic dicē: dormiūt sicut dixit hic.* Quid ē aut: ego dormiūt: Id est qd volui: dormiūt. Non illi nō ī somnū nolentē cōpulerūt: s̄ mea volūtate: ego dormiūt: sūm illō: *Protestatē habeo ponēdi aīaz meā: et protestatē habeo itez sumēdi eā.* *Propterēa ibi sequit⁹ et dicē: Ego dormiūt et somnū cepi: et exurrexi: qm̄ dñs suscepit me.* *Dormiūt turbat⁹.* *Unū turbat⁹: Quib⁹ turbantibus.* *Cideam⁹ quomodo inducat malam cōscientiā iudeis volentibus excusare se ab intersectione domini.* *Mā propterēa eum: sicut loquīt euāgelīū: iudici trādiderūt: ne ipsi eum occidisse vi-*

# Psalmus

derentur. Cum enim dixisset iudex tunc Pilatus: Accipite eum vos: et hinc legem vestram iudicate eum. Responderunt: Nobis non licet interficere quemque. Interficere non licet: tradere ad interficiendum licet. Quis autem occidit: qui audito clamore cessit: an quod clamo ut occidere extorserit? Ipse dominus dicat testimonium a quibus occisus est: vnde ab illo Pilato qui in nolens: eum occidit: vnde etiam eum flagellauit: et ueste ignominiosa circumdedit: et flagellatum ad coruus oculos perdurit: ut saltem pena flagellarum eius satiati eum occidi non extorqueret. Propterea etiam cum videret eos perseverare: sicut legimus: lauit manus suas et dixit: Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Videritis ut ille innocens qui vel cessit clamantibus: multomagis tamquam illi nocentes: qui clamando eum occidere voluerunt. Sed nos interrogemus et audiamus dominum: quibus tribuat mortem suam: quia dixit: dormiui turbatus. Interrogemus eum et dicamus: quoniam dormisti turbatus: quod te persecuti sunt: qui te occiderunt. Numquid forte Pilatus qui militibus dedit in ligno suspendendum: clavis transfigendum: Audite qui. Filius homini: Illos videntes dicit: quos persecutores passus est. Sed quomodo ipsi occiderunt qui ferrum non ferebant: qui gladium non strinxerunt: qui impetu in eum non fecerunt ad occidendum: vnde occiderunt. Dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladius acutus. Noli attendere inermes manus: sed os armatum. Inde gladius processit quo christus occidere: quomodo et de ore christi vnde et iudei occiderent. Habet enim ille gladius bis acutum occidentis et resurgentis: et resurgens percussit eos: et diuisit ab eis quos faceret fides suos. Illi malum gladium: ille bonus. Illi sagittas malas: ille bonas. Nam habet et ipse sagittas bonas: verba bona: vnde sagittet cor fidele ut ametur. Ergo alie istorum sagitte: et aliis istorum gladius. Filius homini dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum machera acuta: lingua filiorum hominum machera acuta: et dentes eorum arma et sagitte. Quando ergo processerunt: nisi quando clamauerunt: Crucifige crucifige: Et quid tibi fecerunt o domine: Exultet hic propheta. Superius enim omnes illos versus dominum loquebantur: Propheta quidem sed ex persona domini: quod in propheta dominus: Et quoniam loquitur ex persona sua propheta: ipse dominus

# LVI.

loquitur per eum quod ei indicat veritatez quam loquatur. Modo ergo ex persona prophete: audite fratres mei. Videlicet dominum in spiritu iste propheta humiliatus: celsus: flagellatus: colaphis percussus: expalmatus manib: sputis illinitus: spinis coronatus: ligno suspensus. Illos sciuentes: illum quasi victimum vidit in spiritu: et post illam iam omnem humilationem: et illorum furorem resurrexisse eum: et illa omnia que fecerant iudei sciuentes facta esse inania: et elevarunt gaudio tanquam videret fieri. Exaltare: inquit: super celos deus: Homo in cruce: super celos deus: remaneant in terra sciuentes: tu in celo esto iudicans. Vbi sunt quod subabant: vbi sunt dentes eorum arma et sagitte: Nonne sagitte infantium facte sunt plague eorum? Alio enim loco psalmus dicit: volens eos osidere inanis sevissime et inanis in furiis principatos esse: quoniam nihil potuerunt facere christo ad horam crucifixio: et postea resurgentem atque in celo sedenti. Sagitte infantium facte sunt plague eorum: quoniam infantes faciunt sibi sagittas de canis. Sagitte autem que: aut que vires: aut qui arcus: aut qui ictus: aut quod vulnus: Exaltare super celos deus. Et <sup>alia f.</sup> sup omne terram gloria tua. Ut quod exaltatur super celos deus. Fides exaltatum deum super celos non videmus: sed credimus. Sup oem in terram gloriam eius: non tamen credimus sed etiam videamus. Qualem vero vesaniam patiuntur heretici quos ut attendatis. Illi precisi a compagine ecclesie christi: et parte tenetes: et totum amittentes: nolunt comunicare orbi terrae quo diffusa est gloria christi. Nos autem catholici in omni fratre sumus: quod omni terre communem quacumque gloria christi diffusa est. Videamus enim quod tunc cantatum est: modus aperte: exaltatus est super celos deus noster: et super omne terram gloria ipsius. O heretica insanias: quod non vides credis mecum: quod vides: negas. Credis mecum exaltatum christum super celos quod non videamus: et negas gloriam eius super omne terram quod videmus. Exaltare super celos deus: et super oem terram gloria tua. Redi ad verbam domini: et ipse dominus narrare nobis incipit tanquam alloquens nos: exultante etiam propheta et dicente: Exaltare super celos deus: et super omne terram gloria tua. Look mat nos et ipse taliter dices nobis: Quid mihi facere potuerit illi quod me persecuti sunt: Quare autem nos alloquimur: Quia faciunt et nobis: et nihil faciunt quod nos similiter fuerint persecuti. Evidet enim caritas vestra alloquenter nos dominum et exhortantem nos exemplo suo.

# Psalmus

Alia lfa.  
Laqueū.

Alia lfa.  
tnō babet

**A**misscipulā pauēt pedib⁹ meis  
et incuruauerit animā meā. Volue-  
rūt illam quasi de celo deponere et ad infe-  
riora deprimere. Curuauerit animā meā.  
**F**oderūt ante faciem meā soueā:  
et ipi inciderūt in eam. **M**ibi nocue-  
rūt an sibi: Ecce ille exaltatus ē sup celos  
deus: et ecce sup omnē terrā gloria ipius.  
**R**egnū christi videmus: ubi est regnū iu-  
deorū: **O**m̄ ergo fecerūt qđ facere nō de-  
buerūt: et factū est in illis qđ pati debuerūt:  
ipi foderūt soueā: et ipi inciderūt in eaz. **O**r  
em psecuti sunt christū: christo nō obsuit: s  
ipie obsuit. **E**t nolite deputare fratres ipsi  
solis h̄ accidisse: **O**mnis qui parat soueā  
fratri suo: necesse est ut ipē incidat in eam.  
**I**ntendite fratres mei: christianos oculos  
habete: nolite decipi visibilib⁹. Forte enim  
alicui vestru⁹ qr hoc dixi: subuenit mō. Si  
qs voluit fratri suo fraudē facere: et voluit  
ei aliquas insidias machinari: et machina-  
tus est et impleuit: et cecidit frater i insidias  
eius: et expoliatus est: aut p̄ssus est siue car-  
cere: siue falso testimonio: siue aliquo nefar-  
ia criminatiō circūuent⁹: videtur aut iste  
oppressus: ille oppressus: iste victus: ille vi-  
ciss: et falso putatur qđ dixim⁹: quia qui  
cūq̄ soueā parauerit fratri suo: ipse cadet i  
eam. **I**nterrogo vos tanq̄ christianos: vt  
sumatis exemplū de his que iam nouim⁹.  
**P**agani psecuti sunt martyres: martyres  
capti sunt: ligati sunt: in carcere nūssi sunt:  
bestijs subiecti sunt: Alij ferro p̄cussi: alijs  
ignibus cōcremati: vicerunt psequētes: et  
victi sunt martyres. **A**bsit. **Q**uere gloriaz  
martyri apud deum: quere soueā pag-  
norū in cōfossa conscientia. **I**bi enim est  
souea quo cadit impius i cōscientia mala.  
**S**icutas cum in soueā nō cecidisse qui lu-  
cem christi perdidit: et cecitate p̄cussus est:  
Si non caderet in soueā: videret ante se:  
nescit quo eat: quomō qui ambulat in via  
cum ceciderit in soueā p̄didit viam. **V**i-  
detis ergo omnes malefactores perdidisse  
viam impletatos facinore. Sed iam te tra-  
didit in manus forte latronis: aut in man⁹  
alicuius inusti vel circūuenti a se iudicis:  
et tu in p̄sura es: ille letat: ille exultat. **N**oli  
iam dixi: noli habere oculos paganorum:  
christianos oculos habe. **V**ides illū q̄ ex-  
ultat: ipa exultatio est souea ipius. **N**delior  
est enim tristitia iniqua patientis: q̄ leticia  
iniqua facientis. **I**pa leticia iniqua facie-  
tis: ipa est souea: illuc quisq; cum ceciderit

## LVI.

oculos pdit. **T**e doles: quia perdidisti ve-  
stem: et illum non doles: quia perdidit fi-  
dem. **Q**uis vestrum grauiore danino per-  
cussus est: Ecce ille occidit: tu occideris.  
**V**ivit ille: tu mortuus es: **A**bsit. **T**ibi est fi-  
des christianorū: et ubi est ille qui moritur  
ad temp⁹: **A**udiāt dominū suum: **Q**ui cre-  
dit in me lic⁹ moriatur: vivit. Ergo qui nō  
credit lic⁹ vivat: mortuus est. **F**oderūt an-  
te faciem meam soueā: et ipsi inciderūt in  
eam. **O**mnb⁹ malis necesse est ut hoc cō-  
tingat: bonorum autē patientia p̄paratio-  
ne cordis excipit voluntatez dei: et gloriaz  
in tribulationib⁹: dicens quod sequitur.

**P**aratum cor meū deus paratū  
cor meū: cantabo et psallam. **Q**uid  
fecit mihi: **S**parauit soueā: cor meū para-  
tum est. Ille parauit soueā ad decipien-  
dū: ego cor nō parabo ad perpetuendū.  
Ille parauit soueā ad opprimendū: ego  
cor parabo ad tolerandum. **P**ropterea il-  
le incidet in eam: ego autē cantabo et psal-  
lam. Audi cor paratum in apostolo: quia  
imitatus est dominū suū: Gloriamur inq̄  
in tribulationib⁹: quia tribulatio patientiā  
operat: patientia p̄bationem: p̄batio spē:  
spes vō non confundit: qr caritas dei dif-  
fusa est in cordibus nostris per spiritūsan-  
ctum qui datus est nobis. Erat in pressu-  
ris: in catenis: in carcerebus: in plagiis: in  
fame et siti: in frigore et nuditate: in omni va-  
statione laborum et dolore: et dicebat: glo-  
riamur in tribulationib⁹. **E**nīde: Quia pa-  
ratum est cor eius: ideo cantabat et psalle-  
bat. **S**paratum cor meū deus: paratum cor  
meū: cantabo et psallam. **E**xurge glo-  
ria mea: Ille qui fugerat a facie Saul in  
 speluncam: Exurge gloria mea: glorifica-  
tus Jesus post passionem. **E**xurge psal-  
terium et cithara. **Q**uid vocat ut sur-  
gat: Buo organa video: corpus aut̄ chri-  
sti vñ video. **V**ina caro resurrexit: et duo  
organā resurrexerūt. Alterū ergo organū  
psalteriū: alterū cithara. **O**rganā dicun-  
tur omnia instrumenta musicorū. Non so-  
lum illud organū dicit̄ quod grande est  
et inflatur solib⁹: sed quicquid aptat ad  
cantilenam: et corporeū est: quo instrumen-  
to vtitur qui cantat: organū dicit̄. **B**u-  
stincta sunt autē inter se ista organa: et vo-  
lo quātum domin⁹ voluerit indicare vo-  
bis: et quomodo distincta sunt: et q̄re distin-  
cta: et quare vtrūq; dicatur: exurge. **I**am  
dixim⁹: vna caro domini resurrexit: et dicit̄

Alia lfa.  
† psalmū dicas.  
domino.

## Psalmus

exurge psalteriu & cithara. Psalteriu ē organū qd quidē manibus fert peccantibus: & chordas distinctas habet: sed illū locū vñ sonū accipiunt chordae: illud cōcaū lignū qd pendet & tactū resonat: qz accipit aerez psalteriu in supiore pte habet. Cithara aut̄ hoc genus ligni cauū & resonās i inferiore pte habet. Itaqz i psalterio chordae sonum desup accipiunt: in cithara aut̄ chordae sonum ex inferiore pte accipiunt. Hoc interest inter psalteriu & citharā. Quid ḡ duo hec organa nobis figurāt: Excitat em̄ christus dñs noster psalteriu suū & citharā suā: & dicit. Exurgā diluculo. Huto qz hic iam agnoscit dominū resurgentē. Legimus i euangelio: videte horā resurrectiōis qd diuī p̄ vmbreas q̄rebat christ⁹: lux sit itaqz agnoscat: diluculo surrexit. Sed quid est psalteriu: quid est cithara: Per carnē suā dominus duo genera factorū opatus est: miracula & passiōes. Miracula desup fuerūt: passiones de inferiori fuerūt. Illa em̄ que fecit miracula diuina erant: sed p̄ corp⁹ fecit: per carnē fecit. Caro ergo diuina operans psalteriu est: caro humana patiens cithara est. Sonet psalteriu: illuminen̄ ceci: audiant surdi: stringant paralitici: ambulent claudi: surgant egroti: resurgent mortui: iste est son⁹ psalterij. Sonet et cithara: esuriat: sitiāt: dormiat: teneat: flagelleat: irritat: crucifigat: sepeliat. Lumen ergo vides i illa carne quedā sonuisse desup: quedam de inferiori pte: una caro resurrexit: & in una carne agnoscimus et psalteriu & citharā. Et ista duo genera factorū impleuerūt euangeliū: & predical in gentibus. Mā & miracula & passiones dñi pdicant. Ergo surrexit psalteriu & cithara diluculo: & confiteat dño. Et quid ait: **C**onsitebor tibi in populis dñe psallam tibi in gentibus. **Q**uia magnificata est vsqz ad celos misericordia tua: & vsqz ad nubes veritas tua. Leli sup nubes: & nubes infra celos: et tamē ad hoc celiū primū p̄tinēt nubes. Sed aliqui nubes recubunt sup montib⁹ vsqz adeo i primo aere cōglomerant. Leli autē sursum ē habitatio angelorum: sedium: dominionū: principatuū: potestatum. Illud ergo forte videat fuisse dicendū: **M**agnificata est vsqz ad celos veritas tua: & vsqz ad nubes misericordia tua. Etenī in celo angeli laudant deū videntes ipsam speciem veritatis: sine ylla caligine visionis: sine interpo-

## LVII.

latione aliqua falsitatis: vident: diligunt: laudant: nō fatigan̄. Ibi veritas: hic autē in nostra miseria vtqz misericordia. Mi sero em̄ pbenda est misericordia. Non em̄ opus est misericordia sursum: ubi null⁹ est miser. Hoc ppterēa dixi: quia videat cōgruentius dici potuisse: **M**agnificata est vsqz ad celos veritas tua: & vsqz ad nubes misericordia tua. Nubes em̄ intelligim⁹ pdicatores veritatis. Homines em̄ portātes istā carnem caliginosam quodām: sed vñ de & coruscat miraculis: & tonat pceptis: & ipi sunt ille nubes de quib⁹ dicit **E**saias exp̄sona dñi: increpans quādam vineā malaz sterile: spinosam: **M**ādabo nubibus meis ne pluāt sup eā imbrē: id est mādabo apostolis meis ut deserat iudeos: & nō illis euā gelizent: sed euāgelizent in terra bona genitū: vnde non spine: sed vne pcedant. Nolumus ergo nubes dei esse pdicatores veritatis: pphetas: apłos: omnes recte profrentes verbū veritatis: & habentes in se lumen occultū: sicut habent nubes: vnde coruscant. Homines ergo nubes. Quid sibi vtqz vult: dñe: q̄a magnificata est vsqz ad celos misericordia tua: & vsqz ad nubes veritas tua. Veritas ppollet in angelis: sed dedisti illā & hominib⁹: & deduxisti illā vsqz ad nubes. Sursum misericordia videntur angelii non indigere: sed quia hominib⁹ miseris tu misereris: & prebendo illis misericordiā cōmunicatiōe resurrectiōis angelos facis: vsqz ad celos misericordia tua. Gloria domino deo nostro: & misericordie ipius & veritati ipius: q̄a nec deseruit nos misericordia facere beatos p̄ gratiam suam: nec fraudauit nos veritate: q̄a primo veritas carne coopta venit ad nos: & sanauit p̄ carnem suam oculū interiorē cordis nostri: vt eā postea facie ad faciem videre possem⁹. Agentes ergo illi gratias dicamus cū psalmo ipso ultimos versus quos iam dudum etiā dixi. **E**xaltare sup celos de⁹: & super omnē terrā gloria tua. Hoc em̄ ei dixit: ppheta ante tot annos: hoc mō videm⁹ nos: hoc ergo dicam⁹ & nos.

**E**plicit Tractatus de ps. LVII.

**I**ncepit Tractatus de ps. LVII.

**V**ox quam cantauimus audienda nobis magis ē: q̄ clamāda. Omibus enim tanqz in contione generis humani veritas clamat.